



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117921**

§. 56. S. Adalbertus Episcopus Pragensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](#)

Sæculum X. Io Benedicto VII. Papæ publice tradito  
A.C. 983. translationem hanc ratam haberi postu-  
 lavit. Papa, congregata Synodo, qua-  
 sivit, an liceret Gisilero ad Archiepiscop-  
 patum Magdeburgensem transire, Sedem  
 non habenti, postquam Hildevardus Epi-  
 scopus Merseburgensem Cathedram in-  
 vasisset. Responderunt corrupti Judi-  
 ces, id omnino licere; itaque Gisiler  
 Archiepiscopatum obtinuit, Mersebur-  
 gensis autem Episcopatus suppressus, &  
 illa regio Halberstadiensi Episcopo subdi-  
 ta. Ochtricus exinde Beneventum pro-  
 fectus, ibique morbo correptus decessit,  
 postquam sera pœnitentia subiisset, quod  
 relicto monasterio Archipræsulatum am-  
 bitiose quæsivisset.

### §. LVI.

#### *S. Adalbertus Episcopus Pragensis.*

Discipulorum S. Adalberti Magdebur-  
 gensis nullus illustrior S. Adalberto  
 Pragensi fuit. Is in Bohemia, Patre,  
 nomine *Slaving*, Comite & amplissima-  
 rum ditionum Domino natus, in Baptis-  
 mo dictus est *Voitiecht*, quæ vox Sla-  
 vonica lingua *Solatium Exercitus* signifi-  
 cabat. Cum parentes puerulum subito  
 gravi morbo laborantem Deo consecra-  
 sent, postquam convaluit, Magdeburgum  
 missus est, sub cura Adalberti Archiepi-  
 scopi

scopi erudiendus, ubi Ochtricum mona- Sæculum X.  
chum, plurimorum aliorum quoque Ma- A. C. 983.  
gistrum natus est. Tunc annus Salutis  
reparatæ nongentesimus septuagesimus  
tertius volvebatur. Annis vero novem  
in illa schola versatum Archiepiscopus,  
cum ei Sacramentum Confirmationis  
contulit, de suo nomine Adalbertum ap-  
pellavit. Pius juvenis tempore, quo li-  
terarum studiis vacavit, noctu cubili se  
proripiens pauperes invisebat, eleemo-  
synas largiter erogabat, & tempus, quod  
juventus studiosa relaxationi animi dare  
solet, ipse orationi consecrabat. Cete-  
rum eximia Philosophiæ humanæ scien-  
tia floruit.

S. Archiepiscopo fatis functo Adal-  
bertus in Bohemiam reversus, multos li-  
bros attulit, tumque Clericis Pragensi- Chr. Magd.  
bus adscriptus est ab Episcopo Dithma- Sac. 5. Att.  
ro, qui haud diu postea, nempe anno Ben. p. 834.  
nongentesimo octogesimo tertio, 2. Ja-  
nuarii, migravit ex hoc Sæculo. Juve-  
nis Adalbertus tunc Subdiaconatus Ordi-  
nem habens in officio funebri Episcopi  
cum aliis ministrabat; cumque deinde  
ad eligendum Successorem prope urbem  
Pragensem conventus celebraretur, Bo-  
leslao pio Duce Bohemiæ & Proceribus  
Provinciæ præsentibus, omnes una voce  
proclamat, neminem Adalberto, popu-  
Nn 3 lari

Sæculum X. lari suo, dignorem Cathedræ Episcopali  
A. C. 983. imponi posse, & reluctantem 19. Febr.  
 anno eodem nongentesimo octogesimo  
 tertio eligunt. Tum Nuncios ad Impe-  
 ratorem post redditum a bello contra Sa-  
 racenos suscepto Veronæ morantem mi-  
 tunt, qui Electionem hunc confirmari  
 peterent. Aderat cum ipsis Adalbertus;  
 libellum quoque Clericorum & populi  
 cum Mandatis Ducis attulerant. An-  
 nuit postulatis Imperator, Adalberto an-  
 nulum & Baculum pastoralem tradidit,  
 & a Willegiso Archiepiscopo Mogundi-  
 no, tunc apud Imperatorem versante,  
 cui Sedes Pragensis erat subjecta seu Su-  
 fraganea, consecrari jussit. Adalbertus  
 in Bohemiam reversus, nudis pedibus  
 Pragam intravit, & in Thronum Episco-  
 palem omni populo maximæ lætitia  
 signa edente evectus est.

## §. LVII.

*Ottonis II. Obitus. Otto III. Impt-  
 rator.*

*Ditm. L.3.* Crediderunt non nulli, in pœnam sup-  
 pressi Episcopatus Merseburgensis in  
 Imperatorem cœlitus immisas fuisse ca-  
 lamitates, quibus hoc anno pressus est,  
 referentes S. Laurentium Ecclesiae Merse-  
 burgensis Patronum injuriam ultum fu-  
 isse,